AD SERENISSI
mum Scotorum Regem
Iacobum Quintum
de ſuſcepto Regni
Regimine
à diis feliciter ominato

STRENA.

Iacobus magnum

Tempora magnanimo que nunc felicia Regi
Sydera portendunt, dicere musa cupit.
Ausus ob hec nimium tenui cantare camena,
Incipiam auspitijs, rex Jacobe tuis.
Pieridum tu dulce decus, concede fauorem
Edere Judicio metra legenda bono.
Torpentes fracto repares cum pectine neruos,
Et moueas docilem per tua fila manum.
Principium bifrons anni Jam Janus apertum
Fecerit, et phebus celsius orbe micat.
Ipse potens rerum pater alta mente reponens
Omnia, fatales prospicienſq; vices,
Protinus aligerum coram Jubet esse ministrum,
Clausaq; dat clario scripta ferenda deo
Jussa peracturus tecto Jouis euolat alto
Nuncius, et rapidum flectitur ante deum,
Phebe (ait) immensi magnus tibi rector olympi
Scribit epistolio que velit ille, suo.
Cura fuit phebo celeres cohibere Jugales,
Et cohibet, donec litera lecta fuit
Nec mora, signatam diducit pollice ceram,
Et legit auratis talia verba notis.
Nos qui celestes positis digessimus orbes
Legibus, et certis voluimus astra modis,

Cura

Cura hominum nonnulla tenet: terrena potestas
Summa nisi faueant numina, nulla foret.
En mea progenies regni moderator auiti
Jam sceptrum arripuit, Scotica iura tuens'
Est illic pietas, illic reuerentia nostri,
Est illic pure relligionis amor.
Ut regem auersata fuit fortuna potentem,
Dura sub infausto sydere fata tulit.
Nam desperatis languet pessundata rebus
Scotia, que miseros ducere visa dies.
Factio, rupta fides, et pax simulata, tumultus,
Fallsus amor, cedes, lata rapina, dolus,
Regnandi cepere locum, concordia, fedus,
Pax, amor, atq; quies, et sine cede manus:
Extorres abiere simul, simul aurea veri
Gloria, iustitie lycia rupta iacent.
Nam verat iustos immensa licentia furum,
Templorum passim diruta tecta cadunt.
Si quis in hac dignus est tempestate catonis
Nomine perpetuo, consilioq; valens,
Ipsius catelina loco sceleratus honore
Fungitur, et tumido suspicit ore minax.
Elati incedunt mentita pelle lycurgi,
Is bonus est consul, qui mage fraudis habet.

Cogimur

Coginur errores tandem componere tantos,
Ne quis regnantem non putet esse Jouem.
Hoc Jacobus aget quintus rex stirpe suorum
Inclytus officium, quod sibi Jure vacat.
Clarior haud bello quisq̃, nec pacis amator
Ancus pace fuit, Relligione numa.
Mascula thoracem virtus huic pectora fortem
Induet, et galeam spes geret ampla suam.
Ferripidem vrgenti viso calcaribus hoste
Aggressorq̃/hastam porriget alma fides.
Periure nulla dextre formidine pulsus,
Subueniet miseris, colla superba premens.
Hectore nec tantum sua troia superstite gaudens:
Nec fuit eacide gretia leta suo:
Quantum gaudebit promisso principe fatis
Scotia, solus erit ille daturus opem.
Omnia que tanto felicem principe terram
Efficiant, diuum sedula cura geret.
Eia age, phebe tuis circundes ignibus orbem,
Et plaga feruores sentiat illa tuos.
Temperiem diffunde bonam, sit grata colonis
Vt veniat messis semine digna suo.
Nos quoq̃ pro nr̃e prolis faciemus honore
Quod bene susceptum, secula cuncta canent.

Delius

Delius vt cartam legit, gremioq; reclusam
Condidit, expediam Jussa tonantis, ait.
Alipedes p;emittit equos, curruq; sequutus
Auriuomo, placida dirigit o;a manu.
Uertice ceruleo summus se extollit olympus,
Et fugiunt toto nubila densa polo.
Hinc natura suas varie et subtiliter artes
Perq; astra excercet, viscera perq; soli.
Jd mirata, colunt Jmas que numina terras,
Que degunt tremulis flumina clara vadis.
Frugiferum hoc celum (dixerunt) destinat annum,
Flo;escet leto germine terra fera;.
Scotia (sentimus) tardo subiecta boete,
Rege sub excelso fceno;a larga dabit.
Mox captunt fauni siluas, hortisq; p;iapus
Pomiferis p;ohibet sidere nudus aues.
Flo;a recens campos gemmato vestit hono;e,
Officio d;yadum pascua leta virent.
Herbida gramineos exhalat terra sapo;es,
Jnq; nouum pergunt, sponte fruteta decus
Per valles blando lapidosas murmure serpunt
Flumina, nereides flumina clara tenent.
Seminibus paleata ceres fecundat opimis
Jugera, que nullo culta labo;e fo;ent.

Jnge:

Ingentemq; auidi spem non lusura coloni
Sydere promittit grana legenda suo.
Pan curare greges, pan cogere montibus agnos,
Armentisq; studet claudere septa vagis.
Maiori redeunt spumantia mulctra colostro,
Et solito pecudes grandius vber habent.
Res Ita disposuit nostras clementia diuum,
Propitios meminit quis magis ante deos.
Interea Iouis ipse puer placidissima regni
Sceptra gerens, populo dat bona Iura suo.

Finis.

Impressum Ediburgi apud
Thomam Dauidson.

THOMAS DA.